

καὶ θεωρητικοὶ γέγεννηται. Et ab initio ille genus humanum ita creavit, ut intelligentia praeditum esset, et arbitrii liberi potestate, delectum, tum uera consecrandi, tum bene agendi, obtineret. Quocirca EXCUSATIONE NULLA DEFENDI POSSUNT mortales omnes apud Deum. Rationales enim et ad contemplationem apposti, per eum creati sunt. Sic itaque, omnem exuentes rationis usum, se brutis assimilant, atque se ipsos causam suae damnationis efficiunt. Sunt quippe, qui coecitatem suam in ἀναιδησία agnoscere nolunt, et, si quoque agnoscant, eam tamen confiteri abnuunt, Ioh. IX. 30. 41. ἀποκαταλείπειτο ideo Spiritui S. merito dicti, Tit. III. 10. 11. Fiunt, quoad hoc, brutis quandoque stupidissimis stupidiores, Es. I. 3. conf. Ier. IIX. 7. Ps. XXXII 9. Quanto hominibus, VITRINGA hic inquit, turpius, quanto indignius ipsi Dei populo, non a bestiis tantum, sed et bestiarum omnium stupidissimis uinci sensu atque intelligentia! in Esaiam, P. I p. 38. Quare ὡς ἀλογα ζῶα φυσικὰ, γεγεννημένα εἰς ἄλωσιν καὶ φθορὰν, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται, 2. Petr. II. 12. siue φθορὰν, interpretante CALOVIO, in Bibl. illustr. N. T. P. II. p. 1555. intelligas de culpa pernitiosa, siue de poena uel exitio ipso iusto contracto. Sunt hi stupidissimis, uti dictum, iumentis deteriores, quae nec possessorem, nec praesepe Domini sui nouisse uolunt, Es. I. 3. Sunt κακὰ θύπια, eruditis Gentilibus uel ipsis notata, Tit. I. 12. Sunt bestiae, quae domari non possunt, ἀκατάχριστον κακόν, Iac. III. 7. 8. Nil uero efficiunt, qui integras plane gentes atheas, Romanorum, ante Numam, Brasilienorum, Coulanensium, Casrorum, Magellanicorum cec. confingere, in excusationem gentilium plurium, uolunt, uti uterque FABRICIVS, Io. Ludou. in Apolog. pro genere humano et Io. Albertus, in Bibliograph. antiqu. C. IIX. deduxerunt; quemadmodum et PETRO BAELIO, consensum gentium hic urgenti, DN. Loescherus, Bernardus, Hochstetterus, Tournemine, cum aliis, satisfecerunt abunde, conf. Magnif. DN. LOESCHERI Oratio Solemnis, de Opere-Leg. in corda inscript. Idem prolixius in Praenot. p. 3. seqq. et DN. PFAFFII Theol. Dogm. Mor. p. 120. Excitamenta naturae admodum iis poterant esse insignia, Deut. IV. 19. Job. XII. 7. seq. Animantia muta, arbores, glebae, saxa, secundum ARNOBIUM, modo loqui possent et intelligere, esse Deum et cunctorum Dominum solum esse, clamarent, L. I. contra Gentes, conf. LACTANTIUS, de ira Dei, L. IX. Protagoram, sibi non liquere, dicentem, an esset diuinitas? suis finibus expellebant Athenienses, cum, secundum Maximum Tyrium, Platonium, ratione diuinae existentiae,

Saepe us  
quasi obbru-  
tescentes;

Gentes  
atheas per-  
peram fin-  
gunt,

mirare enim  
excitaban-  
tur,